Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift

circa eos liberalis apparuit. s; etiam sto
la pontificis uniuersique ei cultum
atque ornatum in templo haberi permisit.
et sub pontificum potestate seruari
secundum institutionem moris antiqui.
Nam ante quam uitellius uenisset in anto
nia seruabatur. Arx enim huium nomine
censebatur. Vt autem ibidem seruaretur talis
extiterat CAUSA.
Pontificum quidam hyrcanus nomine un
et multus. nam plures hoc uocabulo fu
erant nuncupati. primo in loco templi
uicino tabernaculum construxerat. et
ibi maxima pace degebat. ubi etiam
stolam pontificalem HABEBAT.
Nam cum custos ei extabat. propter quod ea soli
licebat induere quando templum intra
bat. ceterum quando inciuitate exiebat
priuatis indumentis utebatur. Hanc itaque
consuetudinem Ipse et filii ei et eorum filii
multo tempore conseruabant. S; postquam
herodes accessit in regnum. illud tab
naculum oportuno loco s existimans
situm opulenti construxit Iantoniam ex
nomine antonii quod erat ei amicus
appellat. s; etiam stolam sic eam ibi reppe
rit ibi etiam custodiri precepit. existi
mans ex hoc nichil seditionis aduer
sus se populum commoturum. Similiter etiam
fecit archelaus filius eius post herodis suc
cessit in regnum. Et de inde exclusos
archelao. a romanis seruabatur stola
pontificis in illo tabernaculo ex lapi
dibus fabricato sub sigillo sane ponti
ficum. et a thophilatio habebatur. aliquo et
cetera templi ornamenta Iscandelabrum
quoque seruabatur. quod tantum per dies festos
adusum pontificum tradebatur. transac
ta festiuitate iterum in loco propo
reponendum reddebatur. et per tres itaque
festiuitates singulis quibusque annis et per
ieiunia dabatur atque reddebatur. Vitellius
autem secundum morem antiquum stolam illam
pontificum potestati contribuit. neque permi
sit ut quando usum oportuerit agathophilatio
petereturque. Hoc itaque beneficium iudeis in
dulgens. pontifice iosippum cognomento
cayphan sacerdotali remouit officio. cui
ionathan filium anne in pontificalem mi
nisterium sub rogauit. Quem cum egisset ter
centesimum quadriennium ducit ingredientem
Mittit etiam tyberio aduitellium litteras
iubens ei ut amicitiam cum artabano par
thorum impatore efficeret. Terrebat enim
eum quod inimicus extaret et armeniam
inuasisset. ne forte amplius ei concepta
progrediretur audacia. monetque ut non alium
ei amicitiae crederetur. nisi suos filios obsi
des pbuisset. Hec itaque aduitellium seri
bente tyberio. ille magnus muneribus
persuadet yberorum et labanorum regi. ut
cum artabano sine ulla dilatione pug
narent. et illi a pugna quidem abstinent
uerum schitas concesso eis transitu aperi
entes caspias pilas in artabani regiones
inmittunt. atque ita deuastant armenia
omnisque tra parthorum hostibus implent et cla
dibus. Nam primo eorum passim ubique permuntur
turbis et luctu cuncta COMPLENTUR.
Filius autem ipsi impatoris in ea pugna pe
rimitur cum exercitu numeroso. Nam
multe miriades ibi defecere parthorum
ipsumque artabanum permunera uitellius
corruptis amicis ei et consanguineis pene
perduerat. S; cum dolos intelligeret ar
tabanus seque circumuentum in remedia
bilem agnouisset. nam erant plures qui ei
insidias parabant. cum paucis fidelibus
ad superiores satrapias abscessit atque ita
se insidiantium dolis ERIPUIT.